



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 164. Primum foedus Galliarum Regis cum Helvetiis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV. tamque ferme Provinciam in Archiducis
 A.C. 1478. fidem, atque obsequium revocavit.

§. CLXIV.

*Primum Regis Franciæ fœdus
 cum Helvetiis.*

*Commin.
 lib. 6. cap. 4.
 Montguyon.*

Maximilianus postmodum haud procul
 a loco, quem Montguidonem vo-
 cant, proelium committit, sed adverso
 Marte; unde hujus victoriæ beneficio
 Galliarum Rex Ducatum quidem Bur-
 gundiæ recuperavit, nec tamen propter
 ea in Comitatu belli flammæ sedare va-
 luit. Credonensis quoque amissis omni-
 bus belli tormentis ignominose Dolensis
 urbis obsidionem solvere compellebatur,
 quare Ludovicus ira graviter commotus,
 eundem revocavit, atque in ejus locum
 Carolum de Ambasia Calvimontii Dyna-
 stam substituit, qui Helvetiorum suppe-
 titiis auctus, res deperditas restauravit,
 jecitque fundamentum ad primum fœdus
 Gallorum cum Helvetiis, vi cuius Ludo-
 vicus hujus gentis Tribubus pensionem
 viginti millium librarum, totidemque
 aliis quibusdam privatis viris in singulos
 annos solvere cogebatur, ea lege, ut Hel-
 vetii vicissim sex suorum millia certo sti-
 pendio Regi suppeditarent, ac denique
 Ludovicus primus hujus nationis fœde-
 ratus diceretur. Quamvis Helvetii po-
 stre-

fremum hunc articulum acceptare non-
 nihil tergiverarentur, eo quod hæctenus Sæcul. XV.
A.C. 1478.
 apud illos Dux Sabaudiaë locum primi
 Fœderati obtinuisset, nihilominus Calvi-
 montius tantum apud eos auctoritate va-
 luit, ut illi tandem Galliarum Regi hanc
 quoque nominis prærogativam concede-
 rent. Hujus quoque viri prudentia ac
 dexteritate plures urbes ad Ludovici ob-
 sequium rediere: quippe Dolam denuo
 hostibus eripuit, incenditque: Aussenam
 obsedit, atque ad deditionem compulit,
 ac demum a Vesuntinis multo honore ad
 urbem receptus est. His victoriis auctus,
 totam Provinciam Regi subjecit, excepto
 Jovii castro, aliisque duobus vel tribus
 oppidis, quæ in fide Ducissæ Burgundiaë
 persisterunt.

§. CLXV.

*Secundæ induciæ inter Franciæ Regem,
 & Archiducem.*

Archidux secundis hisce Gallorum co-
 natibus impellebatur, ut ad aliquot
 duntaxat menses inducias innovari pete-
 ret, quæ etiam Atrebat, ubi Maximilia-
 ni & Flandrorum Deputati convenerant,
 in Mense Julio utrinque firmatæ sunt.
 Cum interea quies aliquantulum ab armis
 esset, Ludovicus cum Philippo Bressiæ
 Comite Sabaudiaë Ducis Patruo foedus
 pepi-